

PERILLUSTRI ac GENEROSO DOMINO  
DOMINO  
**FRANCISCO FRIDERICO**  
NOBILI DOMINO ab ANDLERN,  
S.R.I.EQUITI, SAC.CÆS.MAJESTATIS CONSILIARIO  
IMPERIALI AVLICO.  
**DOMINO ac PATRONO MEO GRATIOSO.**

**N**ostri, & ut video, non abnusis Perillustris ac Gratiōse DOMINE,  
in clientes Tuos cumulare gratias, repetere beneficia: Fiduciā  
hac audax, secunda Nominis Tui cliens publicum etiamnum  
videre properavit, secunda hæc velitatio mea, quam ut nuperā  
& in rem literariam semper solitā suscipias benevolentia, méque nun-  
quam emorituræ subjectionis zelo Tuum revereri patrocinium, conce-  
das, oro enixè

PERILLVSTRIS ac GENEROSÆ DOMINATIONIS  
T U A E

Servus & Cliens humillimus  
GERARDUS NICOLAUS HARDEMEN.

I. N. D. N. J. C.

AUCTORITATE ET CONSENSU PRÆNOBILIVM, STRENUORVM,  
MAGNIFICORVM & CLARISSIMORVM VIRORVM, &c.

**MAGNIFICI DOMINI RECTORIS,**

SPECTABILIS DOMINI DECANI, INCLYTÆ FACULTATIS  
JVRIDICÆ DOMINORVM SENIORVM S. C. M. CONSILIARIORVM, &c.

Adeoqué totius Amplissimi Juris-Consultorum Collegij in Antiquissimâ Universitate Viennensi, subsequentes Theses ex  
assignato sibi ( cap. pro posessore 36. de R. J. in 6.<sup>o</sup>) cum annexâ quæstione Civili pro primâ in utroque  
Jure Laureâ legitimè consequendâ publicè discutiendas proponit

GERARDUS NICOLAUS HARDEMEN, MONASTERIO-WESTPHALUS J.U.A.

THESES PRIMA.

**P**ro posessore habetur, qui dolo desijt possidere.

Ne in rei stet arbitrio improbè substrahere se judicio.

Quod procedit in actione Reali, personali, & mixta.

In possessione per latam etiam culpam, & ante vol post litem Contestatam, dimissâ vel  
non admissâ.

Fallit in Consumptione rerum fungibilium.

Item in accessione quoque specierum.

QUESTIO CIVILIS.

*An dolus dans Causam Contractui bonæ fidei reddat illū ipso jure nullum?*

Disputabuntur in Auditorio DD. Iuris-Consultorum, horis pomeridianis consuetis die 12 Mensis Januarij. Anno 1679.

VIENNÆ AUSTRIÆ, Typis JOANNIS VAN GHELEN, Universitatis Typographi.